



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Annales Mariani Societatis Iesv**

**Nádasi, János**

**Romæ, 1658**

Anno MDLXVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42840**

## ANNO MDLXVII.

170 Hoc anno 4. Martij obiit P. Emanuel Mi-  
na . hic præter eas quas noctu ad B. V. fundebat ,  
preces , à mensa ad conclave suum redux , pias diei  
Off. B.V. reliquæ occupationes à Deiparæ Virginis officio ,  
attentè quod senex lente in cubiculo inambulans recitabat ,  
recitare . auspicabatur : alijs quoque precationibus , & occu-  
pationibus suis frequentem cæli Reginæ salutatio-  
nem interserens . Aliquot ante migrationem diebus ,

*Vid. plura  
in Sacch.  
nu. 91. et  
2 s. de  
P. Goëz.*

inquit Sacchinus , cùm in eius cubiculo causa nul-  
la odoris neque ab mörbo , neque ab senectute ho-  
minis , neque à ministrorum cura esset ; adeò tamen  
ex ipsomet decumbente suauis afflatus odor dicitur ,  
vt vehementer qui aderant mirarentur . Nec est pro-  
morte , secundum CHRISTVM , consolatio nobis  
maior aut suauior quam Deiparæ patrocinium .  
Hæc B. Ioanni DEI morienti sudore è fronte abstersit .  
*Vide In-  
ci. Grac.  
n. 27.  
Psal. 9.*

Huic ergo par est ut nos quotidie pro illa hora com-  
mendemus : *In pulchritudine pacis* , inquit ad hanc  
S. Bonaventura , & requie opulenta cibabis nos post labo-  
rem peregrinationis nostræ .

## ANNO MDLXVIII.

171 B. Stanislaus Kostka Polonus Romæ no-  
cte inter 14. & 15. Aug. mediâ hoc anno extinctus , li-  
teris operâ nauans Viennæ Austriae semper habebat  
manus occupatas rosario aut libellis Deiparentis  
potissimum laudes continentibus . Scholasticę quoque  
exercitationis argumenta pia illi erant ; & potissimum  
laudes eiusdem angustissimæ DEI Matris . Laudent il-  
lam nostra studia ; & ingenium cote tam nobilis ma-  
teriaæ acuatur . Meminerimus eius quod S. Casimirus ,  
Polonus & ipse , in quotidiano illo suo hymno dixit :  
*Quamvis sciam quod Mariam nemo dignè prædicet , vanus  
tamen & insanus est qui illam retinet .*

Iam

A sumpt.  
B. V.  
Manus  
habere  
occupa-  
tas rosar.  
libellis  
Mar.  
De illa  
compone  
re Scho-  
lasticas  
exercita-  
tiones .